The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Inimicicia l

cum fonte primo

Cum inimico nemo in graciam cito reddit.	Cum inimico nemo in gratiam tuto redit. Publilius Syrus, *Sententiae* (H. Beckby ed., p.20, l.7).
De inimico ne dixeris male, sed cogites.	De inimico non loquaris male, sed cogites. Publilius Syrus, *Sententiae* (H. Beckby ed., p.24, l.5).
Grauior est inimicus, qui latet in pectore.	Gravior est inimicus, qui latet in pectore. Publilius Syrus, *Sententiae* (E. Woelfflin ed., p.79, l.200).
Grauius malum est omne, quod sub aspectu latet.	Gravius malum omne est, quod sub aspectu latet. Publilius Syrus, *Sententiae* (H. Beckby ed., p.30, l.5).
Inimicum ulcisci uitam est accipere alteram.	Inimicum ulcisci vitam accipere est alteram. Publilius Syrus, *Sententiae* (H. Beckby ed., p.32, l.2).
Inimicum quamuis humilem docti est metuere.	Inimicum quamvis humilem docti est metuere. Publilius Syrus, *Sententiae* (H. Beckby ed., p.34, l.26).
Inimicum cum retineas exire incites.	Inuitum cum retineas, exire incites. Publilius Syrus, *Sententiae* (H. Beckby ed., p.35, l.3).
Quidam occidunt quosdam inimicos, non quia habebant, sed quia metuebant. Seneca in prouerbiis.	*Quidam quosdam occidit inimicos,* *non quia meruerant, sed quia habebat*. Publilius Syrus, *Sententiae*, prov. 58 (E. Woelfflin ed., p.100).